



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quod iugum Domini?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

illo possissem, quanta de me propter hoc iste dixisset: cum enim nunc obliuiscitur non mihi, sed illi qui clamat. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: Non enim ait, duxerit, ut illic aliquo modo intelligamus praevidere voluntatem. Quis trahitur, si iam volebat? Et tamen nunc venit nisi velit? Trahitur ergo miris modis, ut velit ab illo, qui novit intus in ipsi hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

§. 2. Quæ libro primo aduersus hæreses Irenæus de Bythi, & Anna, & Achamoth. ex his verbis ipse leges, sunt enim risuquam refutatione digniora. Idem Irenæus l. i. contra hæreses ostendit Valentinianus his verbis abusus, ut Deum quem dicebant patrem veritatis ostensum ad Theogonias enim suas sententiam applicabant. In eo quod appropinquavit ad Ierusalem, ploravit super eam, & dixit: Si cognovisses & tu, hodie qua sunt ad pacem, abscondita autem sunt à te, per eum sermonem, qui est absconditus Apocryphon Bythi manifestasse.

Valentiniani apud Irenæum hunc patrem Christi incognitum probabant, dicentem etiam, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, discite à me, veritatis patrem, annuntiasse. Et l. 2. c. 19. Non Deum cognitum per matrem, vel semen, ut delirabant Gnostici.

Idem Irenæus verbi Deitatem confirmat. l. 4. c. 14. Rursum autem Verbum suum solus cognoscit Pater: Vtraque autem hac se habere manifestavit Dominus, & propter hoc Filius reuelat agnitionem Patris per suam manifestationem. Agnitio enim Patris est, Filij manifestatio. Omnia enim per Verbum manifestantur. Ut ergo cognosceremus quoniam qui aduenit Filius, ipse est qui agnitionem Patris facit credentibus sibi, dicebat discipulis. Nemo cognoscit Patrem nisi Filius; neque Filius nisi Pater, & quibuscunque Filius reuelarit: dicens semetipsum & Patrem, sicut est, ut alterum non recipiamus Patrem, nisi eum qui à Filio reuelatur. Hic autem est fabricator celi & terra, quemadmodum et sermonibus eius ostenditur: & non is qui à Marcione, vel à Valentino, aut à Basilide, aut à Carpocrate, aut Simoni, aut reliquis falso cognomine Gnosticus adiuuentus est falsus Pater. Nemo enim illorum Filius fuit Dei, sed Christus Iesus Dominus noster, aduersus quem & contrariam exercebat disciplinam incognitum Deum audentes annuntiare. & cap. 37. Similiter autem & Dominus. Omnia mihi (inquit) tradita sunt à Patre meo: manifeste ab eo qui omnia fecit. Non enim aliena, sed sua tradidit ei: in omnibus autem nihil subtractum est, & propter hoc idem est iudex viventium & mortuorum, habens clauem David: aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

VERSUS 29. & 30.

Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.

QVÆSTIO I.

Quod iugum Domini?

§. 1. Doctrina, & quæ eius sunt minæ, labores, castigationes, iugum dicitur, ita Thren. 3. 9. Ita Rabbini aliis onus prophetia qua aduersa prædicabantur.

Requies Christi non est in desidia, sed in tollendo iugo, ut exuisset veterem hominem nouum induatis. Rom. 6. 3. ut in nouitate vitæ ambulemus, quamuis Adami Concen in Euang. Tom. I.

igitur dixerit, ἀναπαύσθαι quiescere faciam, de quiete tamen non ociofa, sed pia & operum effectrice intelligit.

§. 2. Iugum suauis, Syrus יגום suauis, id significat etiam ἡσδύς, quia saluti tantum necessaria, & naturalia habet, præter pauca sacramenta, hæc ipsa grauiora, quia gratiam confert, quia lex amoris. Et si grauiora præcipiat, facit tamen gratiam dando omnia leuia. Non igitur lex est impossibilis, iugum enim importabile non est leue.

§. 3. Non igitur lex impossibilis, ut Beza putat, cuius verba sunt. [Illud autem de quo tam multis et dissertit Erasmus in hunc locum i. Ioan. 2. & 3. Mandata eius (inquit) grauiora non sunt: quia omne quod genitum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quisquis vero existimat ideo leue esse Christi iugum, quod Dei duntaxat amore & proximi requirat, ille profecto seipsum ignorat, neque etiam nouit, quod sit Lex & Euangelii discrimen.]

Verum hunc tum ali, tum verò Bellarm. l. 4. cap. 11. de iustificatione satis refutat. Discere iubere à se, ut sumus mitis & humilis corde, sic enim iugum nobis leue erit, sic & suauis: Christo enim idcirco tale fuit, quia mitis & humilis corde fuit.

Μη τὸν διδάσκον, ὡς διδάσκει τὸ πρότερον.
Μη τὴν ῥῆσιν ἔλκεν, τὴν δὲ ἀποθέειν χρεῖται.

Ἥσσον δὲ ἡσυχίαν τὴν λέγειν, πρὸς τὸν ἀδελφόν.

Ne hunc doce verbis, sed doce moribus.

Ne hac attrahere, illā reuicere manu videreris.

Minus egebit verbis, si quæ oportet, egeris.

Repugnat itaque illa interpretatio non modo scripturæ, sed toti antiquitati, quæ facilia præcepta esse docet, ex charitate & gratia, qua seruatur, non naturā, quæ per peccatum deprauata, nititur in vetitum semper, hoc ipso, quod lege constringitur, protèrui, iugi impatiens, & perditur libertatis pueriliter auida. Itaque fide, charitate, & aliis Dei donis industria condelectatur legi Dei secundum interiorem hominem, qui victor etiam trahit exteriorem.

§. 4. Pareus in sultat diuinæ legi, & Christo, dū enim audit, nos concludentes, Legem Dei seruari posse, quia iugum leue, & suauis, non modo facile, sed etiam iucunde ferri potest, talis est lex Christi. Respondet ideo esse facile & leue iugum, quia transgressio non imputatur, quod perinde est, ac si diceret. Ideo leue est, & suauis, quia non est opus portare.

Respondet Bellarm. Hæc solutio nec tollit, nec minuit vim argumenti. Nam imprimis, inquit, vel illa non imputatio tollit obligationem legis, ita ut præuicator non incurrat reatum, vel tollit reatum ex præuicatione contractum. Si tollit obligationem, facit, ut lex non sit lex, & iugum non sit iugum: proinde scripturā falso diceret, legem esse iugum suauis & mandata non esse grauiora. Si permittit reatum contractum, sed contractum postea tollit, tunc non facit iugum esse suauis, neque onus leue: imo ostendit iugum esse durissimum, & onus grauiissimum, quippe quod portare non potest. Certe si boues sub iugo ad singulos passus caderent, etiam si aratoris industria continuo resurgerent, non tamen propterea diceretur iugum eorum suauis, suauis si & onus leue. Domini autem & Apostoli verba indicant, deprimit, & legem Dei esse iugum quod facile portatur.

Huic vicissim occurrit Pareus. [Solutio Augustini & nostra est verissima: In dilemmate vtraque sequela claudicat. Nam non imputatio peccati tollit obligationem legis, non absolute, quæ lex damnanis, quoniam lex fideles, quibus Deus non imputat peccata, non potest propter non impletam legem obligare ad damnationem. Manet igitur iugum.]

gum, sed non premens. Tollit etiam reatum contractum, nec ideo iugum legis facit durissimum: sed fidelibus, quod propter suam infirmitatem erat gravissimum, facit suavissimum duplici nomine: tum quia Deus modicam eorum obedientiam quasi plenam acceptat in Christo; tum quia defectus propter eundem condonat. Aratoris exemplum assumit falsum, quod lex Moysis sit iugum Christi, & vere agreste est, imo haereticum. Agreste, quia fideles facit boves, sub iugo durissimo anhelantes: haereticum, quia fingit fideles sub iugo Christi nunquam labentes, & per hoc impeccabiles cum Pelagio. Quia si aratoris bonitate, vel ita corroborentur boves, vel dextra eius ita subleuetur iugum, ut facile ferant, & raro cessitent, id sane iugum bobus minime durissimum, sed leve diceretur.

Multa falso & contumeliose congerit in virum sanctissimum. Non sunt enim eius scripta Pelagiana. Pelagius enim & Coelestius mandata facilia fingebant, quod proprio libero arbitrio facile servari possent: hoc Hieronymus & Bellarminus refutant.

Hoc enim agitur Epistola ad Ktesiph. Fraudulenter praetendit, ut Dei gratiam ad conditionem hominis referat. & non in singulis operibus auxilium Dei requiras: ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere, & cum Dei contemptas adminiculum, hominum queras auxilia. & Injuriam tibi fieri putas, & destruis arbitrij libertatem, si ad Deum semper auctorem recurras, si ex illius pendens voluntate, & dicas: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellit de laqueo pedes meos? Unde & audes lingua proferre temeraria, vnumquemque arbitrio suo regi? Si suo arbitrio regitur, ubi est auxilium Dei? Si Christo rectore non indiget, quomodo scribit Hieronimus: Non est in homine via eius, & a Domino gressus hominis diriguntur? Facilia dicit Dei esse mandata, & tamen nullum proferre potes, qui vniuersa compleverit. Responde mihi: Facilia sunt an difficilia? Si facilia, propter qui ea compleverit, & cur David in Psalmo canat: Qui singis laborem in precepto.

Pelagius legem in adiutorium datam, & gratiae vicem dicebat implere: sic in cap. 25. Ierem. Sin autem, ut non ex veteribus haereticis volumus, lex semel in adiutorium data est & constituta praeccepta, quae nostri arbitrij voluntate vel facimus vel non facimus, quomodo propheta se semper ingerit & quotidie replicat mandata Dei, quae utique semel accepta, susceperant eis quibus fuerant data: nisi ut hoc ostendat, Dei nos semper indigere auxilio: & nunquam posse sufficere, quod semel datum est: nisi quotidie Domini admonitione renouetur: Augustinus de perfect. Iustitiae contra Coelestium agit, ostenditque neminem fuisse sine peccato: Quod nos quoque concedimus, nec inde sequitur legem possibilem non esse. Si enim possibile non esset, sine peccato violaretur. Porro quod ait mandata Dei filiis Dei molesta non esse, verum est, si sensu Catholico intelligatur. Charitati enim & gratiae molesta non sunt, lege enim delectantur. Imo lex illis posita non est, si ex gratia faciunt ea quae legis sunt. Quod si molesta negat, quia non obligat, iam aliam in haerem Anomorum imigrat. Sanctus Augustinus de perfect. Iustitiae cap. 8. quo toto capite sententiam Catholicam asserit, quod caput pro commentario huius loci apponere libuit.

Deinde instituit diuini testimonii agere quod intendit. Quod quale sit diligentius advertamus. Testimonia, inquit, quibus probatur praecceptum esse homini ut absque peccato sit, ad hoc respondemus: Non verum praecceptum sit, queritur, quod valde manifestum est; sed ipsum quod praecceptum esse constat, verum in corpore mortis huius posuit impleri, ubi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-

nem, ut non ea quae volumus faciamus. De quo corpore mortis huius non omnis liberatur, qui finit hanc vitam, sed qui in hac vita suscepit gratiam, & ne in vanum suscipiat, in operibus egerit. Aliud est enim exire de hoc corpore, quod omnes homines dies vitae huius ultimus cogit; aliud est autem liberari de corpore mortis huius quod sola Dei gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, sanctis & fidelibus est impetratum. Post hanc autem vitam merces perficiens redditur, sed eis tantum, a quibus in hac vita eiusdem mercedis meritum comparatur. Non enim ad saturitatem iustitiae, cum iam exierit quisque peruenit, nisi ad eam cum hic est, elapsurum, quoniam ipsi saturabuntur. Quamdiu ergo peregrinantes a Deo per fidem ambulamus, non per speciem (vnde dictum est, iustus ex fide vivit) hac est nostra in ipsa peregrinatione iustitia, ut ad illam perfectionem plenitudinemque iustitiae, ubi in specie decoris eius iam plena & perfecta charitas erit, nunc ipsius cursus rectitudine & perfectione tendamus, castigando corpus nostrum, & seruicium subiuciendo, & elemosinas in dandis beneficiis & dimittendis, quae in nos sunt commissae peccatis hilariter & ex corde faciendo & orationibus indefinenter insiliendo, & hoc faciendo in doctrina sana, quae edificatur fides recta, spes firma charitas firma. Haec est nostra iustitia, quae currimus, elidentes & superantes ad perfectionem plenitudinemque iustitiae, ut ea posita satureremur. Vnde Dominus in Euangelio cum dixisset, Nolite facere iustitiam coram hominibus, ut videamini ab eis, ne istum nostrum cursum sine humana gloria mereamur, non est in expositione iustitiae ipsius executus, nisi tria ista ieiunium, elemosinas, orationes: Ieiunio scilicet vniuersam corporis castigationem significans, elemosinis omnem benevolentiam & beneficentiam, vel dandi vel ignoscendi, oratione insinuans omni regulas sancti desiderij: ut quoniam in castigatione corporis peccatur concupiscentia, quae non frenari, sed omnino esse non debet, nec erit in illa perfectione iustitiae, ubi nullum erit omnino peccatum, & saepe in vniuersum etiam concessarum, atque litarum exierit immoderationem suam: in ipsa vero beneficentia qua iustus consulit proximo, quaedam sunt quae originem cum prodesse putata sint, & aliquando per infirmitatem, vel cum minus sufficitur necessitatibus aliorum, vel parum in eis proficit quod benignitatis ac laboris impenditur, surrepit tedium, quo suscitetur hilaritas, in qua datorem diligit Deus. Surrepit autem tanto magis, quanto minus quisque, & tanto minus, quanto magis profeceris. His atque huiusmodi consideratis merito in oratione dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si tamen quod dicimus, faciamus, ut vel ipsi etiam diligantur minimi, vel si quisquam adhuc in Christo parvulus hoc nondum fecerit; penitenti tamen, quod in eum quisque peccauit, & vniuersam penitentem ex intimo cordis ignoscit, si vult ut eius orationem pater coelestis exaudiat. In qua oratione si clementiam ostendimus, satis nobis propositum speculum est, ubi inspicimus vitam iustorum, qui ex fide viuunt, & perfecte currunt, quibus sine peccato non sunt. Vnde dicunt, dimitte nobis, quia nondum quo curritur perueniunt. Hinc dicit Apostolus: Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum: fratres, ego in arbitror non apprehendisse, vnum autem quae retro sum oblatus, in ea quae ante sunt extensus, secundum intentionem nostram ad palmam supernae vocationis Dei, in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus: id est, quotquot perfecti currimus, hoc sapiamus, quod nondum perfecti sumus, & illic perficiamur, quo perfecti adhuc currimus: ut cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruitur, id est, non iam ex parte sit, sed ex toto: quia fides & spes iam recipiunt non quae credatur & speretur, sed quae videatur, & certitudo succedat. Charitas autem quae in his tribus maior est, non auferitur, sed augebitur, sed impletur, contemplata quod credabatur, & quod sperabatur impletur. In qua plenitudine charitatis praecceptum illud impletur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.

Testis Catholica sententia Augustini

Nam

Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentie, quod vel continendo frenetur, non ex omni modo ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius; Sed profus toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum, quod est primum summumque preceptum. Cur ergo non precipitur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis preceptis ostenderetur? Sic ergo curramus, ut comprehendamus. Omnes enim qui recte currunt, comprehendunt; Non sicut in agone theatro, omnes quidem currunt, sed unus accipit palmam. Curramus credendo, sperando, desiderando; curramus corpus castigando, & elemosinas in dandis bonis, malisque ignoscendis, hilariter & ex corde faciendo, & currentium vires ut adiuventur orando, & sic audiamus precepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis.

Non igitur cum Augustino lis est nobis, sed illis, qui nos calumniantur, Augustini dicta depravant. Absit ut dicat Augustinus, ideo legem non esse gratiam, quia lex non possit obligare ad damnationem fideles. Itaque simpliciter lege non tenentur. Quia non potest eos lex damnare, non ergo iudicare; liberi igitur sunt à lege. Tollit enim reatum contractum, quod non est aliud, quam siue culpa posset legem violare.

§. 5. Non sufficit fides, oportet tollere iugum. Qui frui, inquit Piscator, volunt requie ex fide, illos oportet super se tollere iugum Christi: id est, obedire preceptis ipsius: ut scilicet diligant Deum & proximum. Nam sic demum certi erunt, se vera fide esse præditos. Et deinde. Ut obedientiam præstare possimus mandatis Dei: inprimis nobis opus est mansuetudine & humilitate, seu demissione animi.

Quarum illa faciet ut diligamus proximum: ista vero ut recte colamus Deum.]

Aratoti exemplum agreste non est; Nam Calvinistas proprie illis comparare fas est, quique semper legem violant, omni opere peccant, neccamen illis imputatur, sed ubi ceciderint continuo resurgunt. Paulus ministros Evangelii bobus comparat, & Moses olim sine rusticitatis suspitione id potuit. Christus enim iubet suos prudentes esse, ut serpentes, non ignarus quid Calvinistæ ea de re iudicaturi essent. Quam vero insignis calumnia sit, Bellarminum fingere fideles sub iugo Christi nunquam labentes, sed impeccabiles, totus liber Bellarmini edocet, imo totus tomus quartus, in quo id nunquam dicit Bellarminus, sed milles contrarium.

§. 6. Athanasius contra Arianos. Ut enim mansuetudinem de se docuit his verbis. Discite à me quod mitis sum & humilis corde: non quidem ut coequemur illi, quum hoc sit impossibile: sed ut in eum respicientes, mansueti perseveremus in omni tempore, ita & isthic volens, nos vero, & firmo, & indissolubili inuicem affectu conciliatos esse, ex sese mutuas est exemplum.

Quis vero mansuetus dicendus, exponit S. Basilus in Plal. 33. quem Lector consulat. Porro mansuetudinis mater est charitas, ferocitatem gignit odium. Mansuetæ ferarum sponte vincula subeunt, at indomitæ contra nitendo, & moribus ferrum imperendo, suam ipsæ feritatem puniunt.

Quasiuit Augustinus Serm. 9. & 10. de verbis Domini; cur facile iugum, cum adeo gravia imperentur? Sed omnia ad caritatem refert, quæ iugum leue efficit, ea enim per Christum diffusa est in cordibus nostris.

Hinc etiam merito reprehenduntur, qui Ecclesiam servilibus operibus premunt, de quibus August. Epist. 119. ad Ianuar.

CAPVT XII.

In illo tempore abiit Iesus per sata Sabbato: discipuli autem eius esurientes cæperunt vellere spicas & manducare. 2. Pharisei autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. 3. At ille dixit eis: Non legistis, quid fecerit David, quando esuriit, & quæ cum eo erant? 4. Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? 5. Aut non legistis in Leuit. 1. lege, quia Sabbatis sacerdos in templo Sabbatum violant, & sine crimine sunt? 6. Dico autem vobis, quia templo maior est hic. 7. Si autem sciretis, quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes? 8. Dominus enim est filius hominis etiam Sabbati. 9. Et cum inde transisset, venit in Synagoga eorum. 10. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes. Si licet Sabbatis curare: ut accusarent eum. 11. Ipse autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc Sabbatis in foveam, nonne tenebis, & leuabit eam? 12. Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet Sabbatis benefacere. 13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera. 14. Exeuntes autem Pharisei, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. 15. Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. 16. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent. 17. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem: 18. Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea. Ponam Spiritum meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. 19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: 20. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumi-gans non extinguet, donec eiciat ad victoriam iudicium: 21. Et in nomine eius Gentes sperabunt. 22. Tunc oblatus est ei demonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum ita ut loqueretur, & videret. 23. Et stupebant omnes turba, & dicebant: Nunquid hic est filius David? 24. Pharisei autem audientes, dixerunt: Hic non eicit demones nisi in Beelzebub principe demoniorum. 15. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, vel domus diuisa contra se, non stabit. 26. Et si satanas satanam eicit, aduersus se diuisus est: quomodo ergo stabit regnum eius? 27. Et si ego in Beelzebub eicio demones, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

V 2

28. Si